

LERO erat instructus, ad nos accedebat. DEUS, qui omnibus nobilissimum largitur incrementum, hosce omnes & singulos deducat, regat, dirigat, in verbo suo conservet, in vitâ feliciter, in morte beatus atq; confirmet. Ipsi interea summo hoc benevolæ audientiæ beneficio à Vobis, *Patroni & Amici Honoratissimi*, adfecti per me cum *Iusto Lipsio* (39) non solutioni tantum, sed professioni etiam impares sese confitentur.

Ego verò Conclusionis vicem pium *Vobis* & prudens *Scipionis Africani posterioris ex Valerio M.* (40) votum subjicio. Is cum Censor Iustrum conderet, & scriba ex tabulis publicis solenne precationis carmen ei præiret, quo Dij immortales rogabantur, ut Pop. Rom. res meliores amplioresq; facerent, *Satis*, inquit, *bonæ ac magnæ sunt, itaq; precor, ut eas perpetuò incolumes servant*, ac protinus in publicis tabulis ad hunc modum carmen emendari jussit, ut ea votorum verecundia deinceps quoq; in condendis Iustris usi fuerint Censores. *Ut enim avidum est quicquam ultra appetere, ita abunde felices futuri censendi sumus, si nihil ex eo, quod obtinemus, amittamus.* Itaq; sic precemur.

Vos valete. Dabam è Muséo Scholastico mense Martio anni quo precamur. Esto Christus Væ genti DVX atq; Ve Magister,
& reX InfernVs per sVa terga rVet.

(39) præfat. Centur. II. epistol. ad Belgas (40) lib. LV. cap. I. num. 10.

